Quelle: https://manuscripta.at/?ID=25962
Copyright: Admont, Benediktinerstift

aptè intellegens quia nullo alio ordine nisi per eum qui descen
dit de celo. potest ascendere in celum. Vnde alias ipse dicit.
Nemo uenit ad patrem nisi per me. hacc idò nichodemo ideo
cunctis dicum cauicuminis. ut discant ei membris re
nascendo recorporari. per quem possint ascendere in regnum
dei. Et quia ascensio uel ingressus regni fieri non potest absq;
fide & sacramentis dnice passionis. recte subinfert. Et
sicut moyses exaltauit serpentem in deserto. ita exaltari
oportet filium hominis. ut omis qui credit in ipsum non
pereat. sed habeat uitam aeternam. Mira magisterii celestis
arte dns magistrum legis mosaice ad spiritale legis
eidem sensum induxit. recordans hystorie ueteris. & hanc
in figuram suę passionis atq; humanę saluationis factam
edisserens. Narrat quippe liber numerorum. quia presus in
heremo populus israel itineris longi ac laboris murmura
uerit contra dnm & moysen. idoq; dns inmisit in illum
ignitos serpentes. ad quorum plagas & mortes plurimorum
cum clamarent ad moysen. & ille orauit pro eis. iussit eum
dns facere serpentem eneum. & ponere pro signo. qui percussus
inquit aspexerit eum uiuet. & ita factum est. Plagę igitur serpen
tum ignitorum uenena sunt & interniua uiciorum quę animam
quam tangunt spiritali morte perimunt. Et bene mur
murans contra dnm populus serpentium morsibus sternebatur.
ut ex ordine flagelli exterioris agnosceret. quantam
intra pnicie murmurando pateret. Exaltatio autem ser
pentis enei quem dum percussi aspicerent sanabantur. passio
ne nri redeptoris in cruce. in cui solum fide regnum mortis
& peccati superatur. Recte autem per serpentes peccata quę